UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XIV. De precariis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63277

Visual Library

emolumento. *c. 7. & 12. q. 2. c. ſine exceptione*
& c. ſeq. §. Nunc videamus, quomodo 5
res Eccleſiaſticæ alienentur. I. Earum aliena-
tio, quæ ſervari non poſſunt, nullam ſolen-
nitatem requirit. *Hoſtienſ. in §. & quib. ex*
cauſ verſ. res autem. II. Eas, quæ ſervari
poſſunt, ſi exiguæ ſint, & parum utiles, ſolus
Epiſcopus diſtrahere poteſt. 12. *q. 2. c. terrulas*
52. III. Alias res quæ ſervando ſervari poſ-
ſunt, Epiſcopus ſine cleri conſenſu diſtrahe-
re nequit. *ea. q. c. placuit.* 50. *& c. ſeq.* Imo
cum ſunt res magni momenti, & valde utiles,
ſed quæ ob nimiam Eccleſiæ neceſſitatem di-
ſtrahere oportet, Archiepiſcopus cum aliis
provinciæ Epiſcopis, aut hi ſaltem conſulen-
di ſunt. 17. *q.* 4. *c. nullus res.* IV. Abbas res
monaſterii ſine conſenſu Epiſcopi alienare
non poteſt. 12. *q. 2. c. abbatibus.* 40. *& q.* 4.
c. in venditionib. 38. Hactenus de prohibi-
ta vel conceſſa rerum Eccleſiaſticarum alie-
natione.

XIV. De precariis.

INſtitutus ordo requirit, ut nunc agatur de 1
contractibus principalibus: poſtea vero di-
cetur de acceſſoriis. §. Primus contractus 2
ſunt precariæ. Cave confundas precarias cum
precario: quia perſpicue diſtinguuntur *c. ult.*
Cave etiam diſtinguas cum Hoſtienſ. inter
precarias & precariam: quia pro eodem ac-
cipiuntur. *x. q. 2. c. precariæ* 4. & communis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Doctorum ſchola pro eodem habet, ut
3 *Panorm. in c.* 1. *num.* 3. §. Precariæ ſunt co
tractus, quo prædium perpetuo vel ad
gum tempus fruendum conceditur. x. q.
ita ut annua penſio præſtetur, ut col
ex *Nov. Leon.* 13. & de quinquennio in q
quennium contractus renovetur. c. 1. &
2. *c.* 5. Itaque hic contractus perſimil
emphyteuſi: vel potius eſt ejus ſpecies.
a Leone Imper. vocatur emphyteuſis. d.
13. differt enim ab emphyteuſi, ut ſpec
genere: quoniam emphyteuſis dicitur, e
ſi non debeat ſingulis luſtris renovari: pr
4 riæ vero omnino renovari debent. §. N
primo, pro renovatione contractus
aliquid ſolvi ab eo qui precariæ nomine
dium tenet. Doctores id vocant laudem
Græci *εἰσδεκτικὸν*, cujus quantitas a Leon
finitur *d. Nov.* 13. ſcilicet ſi duplum ca
emphyteutici; ibidem ſtatuit, ut in re
cleſiæ vertatur, non lucro prælati cedat
5 Nota ſecundo, præcariæ ſeu precarium in
re civili nullam mentionem fieri: in jur
rem Canonico, legibus Francicis, & alibi
agitur de precariis, nunc contractum ſpe
in ſolis rebus Eccleſiaſticis, nihil tamen
to obſtare, quo minus etiam de rebus pr
tis ita contrahatur. Hæc dicta ſint de p
6 riis. §. De precario autem dictum eſt
43. *tit.* 26.